



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1656

§. 183. Non respondes quidquam? vide in quantis te accusant. v. 4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45533

administraretur. iustitia enim virtus est, sine qua republica haud diu stare vel administrari potest. Si hanc Iudex deserit, si Responnegligit, cito aderit, ultor Deus, qui ius dicat, & plectar.

§. 183. Non respondes quidquam? vide in quantis te accusant. v. 4.

Urget, instar pro facienda iustitia Pilatus, diiudicans apud se Christum falso accusari à Principibus Iudae & ex invidia; ut quia Propheta esset & vir bonus & scientia & virtute admirabilis, replicaret coram se, & argumenta Principum diuelleret, sicut facile poterat fieri, & iam alias etiam forte non ignorante Iudice factum fuerat.

Bene fecisti Pilate, quod ita reum vristi ad se expurgandum. Hoc deest & Clementiam Magistratus & Principis, malle seruare, quam perdere; nulli tamen reo praesertim Reip. noxio parcere.

§. 184. Vide in quantis te accusant. v. 4.

Quasi diceret Pilatus, vide, ne si nihil respondeas videaris conuictus, & silentio tuo confiteri, vera esse quae dicunt aduersarij tui. Habemus enim Regulam iuris: *Qui tacet consentire videtur.* Si namque tuam causam deseris, quis eam fouebit? ego vtramque partem audire teneor, & secundum allegata dare sententiam, nisi allegata negentur. Sed tunc secundum probata, per viam probationum procedo. Satis multa audiisti. obijci, erit haud dubie aliquid quod debeat negari. Cum ipsemet aduertam, quaedam esse capita accusationis inter se non satis conformia, nec verisimilia. Sed ego Aduocatum agere non debeo, dare possum, ecce te ipsum Aduocatum tuum creo, loquere in causa tua ipsemet, utinosti melius audieris, & ius dicetur, de quo desperare non debes, cum causam desperandi de obtinendo iure tuo non dederim tibi. Talia Pilatus paucis verbis ore, sed habitu & vultus humanitate fufus loquebatur. Habet enim etiam habitus & vultus prolixos sermones.

Deus meus, obsecro te, da gratiam hanc iudicantibus terram, ut sint & iustitiae tenaces, & simul memores humanitatis, maxime in eos, qui ob inopiam, aduocatis carent, non quod omnes inopes contestim sint iusti & absoluenti, sed quod saltem sint sustentandi, donec eorum causa penetretur, an reos se vere fateantur, ex conscientia, an ex solo metu iudicum suam desperationem iustitiae silentio tegant. Prudentissime siquidem silentetiam in iudicio, qui se sciunt uti. Iudice alienato, nisi forte possint aliqua spe appellare, ad altius tribunal. Ego pro mea parte malo sic vnumquemque se gerere, ut iudicio non egeat, aut si iudicio uti compellar, malo

transire